

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De scrupulis conscientiæ nimijs rescindendis, & de origine
scrupulositatum. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](#)

efficiuntur, & dæmonis filij. Idcirco, qui
securè & fructuosè se exercitare vult, o
mnia sua exercitia ordinare debet ad val-
de in se excitandū amorē Dei, & nō ad ob-
tinendā alia notitiā eorum quæ sibi neces-
saria non sunt. Et si aliquam cognitionem
à Deo acceperit, tamen non debet in ea re-
quiescere, vel nimirū credulus esse, nisi prius
studuerit sapienter & humiliter super hoc
consulere illos, qui discretionem omnium
spirituum habent. In illo verò dūtaxat re- *Quies-*
quiescere debet, quod propter amorē Dei
se semper paratum inueniat ad standum in
omni relictione.

CAPUT X.

De scrupulis conscientiae nimis rescindendis,
et de origine scrupulositatis.

Decima est perfecta mortificatio-
nis scrupulositatis cordis cū perfe-
cta confidentia in Deū. Hic sciendū
est, quod sunt aliqui, qui conscientiam
suam quietate non valent amara cōtritio-
ne, sēpe confitendo, aut magnam pœnitē-
tiam faciendo, quinsem per permaneāt in
tremebunda anxietate & timore, ac corde
inquieti, sine vera spe & confidentia in
Deo. Et quantumlibet magnum conscién-
tiæ scrupulum habeant, & quālibet sēpe
confiteantur, tamen non fideliter laborat

L 2

CMCp-

244 HENR. HARPHII
emendare defectus, de quibus conscientiae
temor sum habeant & anxiantur. Et istud
est signum, scrupulositatem hanc non ex
amore iustitiae, sed ex timore diuinæ vin
dictæ descendere.

Facit etiam ista conscientiae scrupulositas
tæpe aliqua esse peccata, quæ insciplis pec
cata non sunt: venitque ex duplice origine.
*Scrupulo
fatis ori
go.* Prima est inordinatus amor sui ipsius, quia
ex illo venit inordinatus timor, scilicet
quod aliquis nimium formidat, quicquid
naturæ contrarium est. Et ergo licet appa
reat exterius istos seruare præceptum Dei
& sanctæ Ecclesiæ, tamē præceptum cha
ritatis non custodiunt: quia quicquid a
gut, non ex charitate, sed timore & coactio
ne, ne damnentur, perficiunt: ac per hoc
non ex amore Dei, sed suiporum id faci
unt. Ea propter in Deo confidere neque
unt, quia Deo fideles non sunt: sed ion
vita eorum interior paucor est & formido,
labor & miseria. Et quicquid agunt in ora
do, in laborando, in pœnitentijs, in operi
bus misericordiae, totum faciunt ad expel
lendum istum timorem, sed nihil eos hoc
iuuare possunt. Nam quanto amplius se di
ligunt, tanto mortem, iudicium ac penas
inferni magis metuunt. Notari ex isto po
test, inordinatum timorem venire ex amore
sui ipsius, quo vnuquisque appetit esse
beatus

*Timor in
ordinatus
vnde.*

beatus, quamvis ei qui eum beatum facere potest, sit infidelis. Alia origo scrupulositatis est ex hoc, quod amor eorum ad Deum modicus est: quia parvus amor parvam causat confidentiam. Et solus amor Dei perducit hominem ad veram spem & confidentiam diuinæ misericordiæ, bonitatis, liberalitatis & gratiæ: quam confidentiam nulla virtus, quantumcunque magna appareat, nee illa pœnitentia sine amore Dei potest dare. Nihil autem tam necessarium est volenti ad vitam perfectam peruenire, sicut magna spes & confidentia in Dto. O sancta spes, o beata in Dto confidentia, dummodo non pertrahat aliquem ad incuriam & acediam suæ emendationis, sed magis excitet ad digniorrem gratitudinem, & ad diligentiam acquirendi perfectius diuinam gratiam & charitatem, atque ad omnem virtutum perfectionem, dabitabiendum omne quod sensuale est, & ad prosequendum quicquid ad sui ipsius mortificationem deseruit, ad sufferendam quoque hilariter omnem adversitatem: tunc huiusmodi spes sibi valde accessaria est & salutifera. Nam quanto,

plus sperat, tanto magis gratus est,
scilicet inque amplius commendat.

*Confiden-
tia in De-
um.*

L. 8;

Dee